

## PROPOSITIO X.

Dato tempore motum æqualem fixorū siderū ac longitudinū longiorū propiorumq; numerare. Datum itaq; tempus resoluatur in prima & secunda atq; in reliquas temporū collectiones, eo modo qui in canonibus Alfonsinarū tabularū traditur. atq; primū intrandum est tabulam primā æqualis motus fixorum siderum cum quartis, si qua sunt, aut cum tertīis si quarta non extiterint, hoc est cum maiore dierum collectione, sub inscriptione tituli eiusdem collectionis id est cum quartis in eoru numerorū versu cui quarta inscribuntur, & cū tertīis sub tertīis cum secundis sub secundis, cū primis sub primoq; inscriptione & in angulo cōmuni e regione numeri qui in primo versu scribitur eiusdem collectionis compertus numerus signa denotat, sequens gradus representat, tertius minuta prima, quartus numerus secūda & sic de aliis minutis huius æqualis motus, pari deniq; ratione ingrediendum est eandem tabulam cum tertīis secundis & primis, sub suis titulis & numeri in angulo cōmuni ut supra comperti signa denotant. Deniq; si quæ minutiae sunt diei incompleti, siquidem primæ fuerint in angulo cōmuni gradus inuenientur velut inscriptiones eiusdem primæ tabulæ admonent, hoc itaq; præcepto extracti ipsi tabulæ motus sibi inuicem sunt aggregandi videlicet addēdo quodlibet genus suo generi id est, signa signis, gradibus grad⁹ minutis minutias, & si quæ minutiarum collectiones maiores excreuerint lx, vnitatis illis quotiens lx, auferantur, totiens vnitatis proximo & grossiori minutiarum generi iungatur atq; pro sexaginta gradibus signū vnu signis adiiciatur, signis autem, totiens vi, signa demantur quoties id fieri poterit reliquias signorum numerus erit. Velut sit propositum ab aera Ptolemæi usq; ad Alfonsi regis aeram, æqualem motum stellarū fixarum longitudinūq; longiorum & propiorum ex prima tabula numerare, igitur aeram Ptolemæi id est, annos dominicæ incarnationis 149. dies 53. demere decet ex Alfonsi Castellæ regis aera id est ex annis